



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Jesu Christi

Avancini, Niccolò

Coloniae Agrippinae, 1689

Circumcisio Christi Domini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59970](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59970)

CIRCUMCISIO
DIE III. JANUARI.

Præcipuæ virtutes à Christo in circumcissione exhibitæ.

1. **P**rima sit *Obedientia*. Non tenebatur lege, & se subiecit. Et quoniam circumcissio erat protestatio subiectionis ad universam legem, significavit se illam totam servandam suscipere, quamvis gravis esset. Si is tam grave jugum tui causâ suscepit, cur tu cum tam levi jugo Religiosæ Regulæ luctaris? cur sæpè excutis, cujus fructus tuus? At non te obligant sub peccato? Ideo suavius est jugum. Amplectere.

2. *Humilitas*. Circumcissio erat remedium peccati originalis: arguebatur id contraxisset, qui circumcidebatur. Christus nec peccavit, nec peccare potuit: accipit tamè peccati stigma. O humilitas dei mei! sed ô superbia mea! Reipsâ peccator sum, & videre nolo, discam libenter confundi, nec quamquam alius videri, quam sim.

3. *Charitas* quâ properavit pro me vulnera. Amor mei non imperavit illi gloriam aut delicias; sed vulnera, & sanguinem, & quidem in infantia. O quam ferè ego te amavi? sed quam etiamnum tepide te amo, dum duris, & asperis amorem testari fugio.

De impositione Nominis JESU

Vocatum est nomen eius JESUS, Luc. 2.
 Quando? In ipsa circumcissione, quando signum peccati accepit, & sese infinite humiliavit: tunc deus dedit illi gloriosum nomen, quod est super omne nomen. Ita deus elevat eum, qui se humiliat. Habes nomen socii Jesu, ut illud dignè feras, esto socius humilitatis.

2. *Vocatum est nomen eius JESUS. Quando?* In ipsa circumcissione. Ad eò nomen JESU ipsi Jesu sanguine constitit. Habes nomen socii Jesu: ut illud dignè sustineas, circumcidi, imo mortificari est opus. Hoc instituti nostri ratio à nobis postulat. Fecisti id hactenus? facies imposterum? Quomodo?

3. *Vocatum est nomen eius JESUS. Quando?* In circumcissione, quâ se obligabat ad implendam totam legem antiquam. Habes nomen socii Jesu. Vide quàm te hoc obliget ad observantiam Regularum: singulæ enim continent quandam imitationem

Jesu. Examina, reflecte,
 statue.

CIRCUMCISIO
DIE V. JANUARI.

Causa Nominis Jesu, & quam nob
inferat obligationem.

1. *I*psè enim salvum faciet populum su
Luc. 2. Ideò vocatur Jesus Salvat
Nomen hoc quàm aptè convenit rei signi
catæ. Nomè habes socii Jesu? habesne eti
zelum salvandi animas? Nomen sine ali
ignominia tibi erit. Excita ergò in te zel
exemplo Christi.

2. *Discedat ab iniquitate, qui nomi
nomen Jesu.* 2. *Timoth. 2.* Si reputat in
gnum Paulus nomen Jesu pronunciari à pe
ccatore: quantò indignus erit, nomen Je
gerere, & peccare? Hæc ergò prima est ob
gatio, ut non pecces, qui hoc nomen ge
ne levissimè quidem. Examina, dole, pr
pone.

3. *Omne quodcunque facitis in verbo, &
in opere. omnia in nomine Domini Jesu, &*
Hæc secunda est obligatio, quam etiam
sum nomen à te postulat Jesus, & ejus gl
ria sit initium, sit medium, sit finis [operu
tuorum, & verborum; nec aliam
quære. Examina, time, dole,
ama, &c.

CHRISTI DOMINI.
DIE VI. JANUARI.

47

De vocatione Magorum.

Cum natus esset Jesus, ecce Magi ab oriente. &c. Matth 2. Eodem tempore manifestavit se Judæis per Angelum, gentibus per stellam. Agnosce bonitatem Dei, qui neminem vult exclusum à gratia, quamvis immerentem, & reluctansem. Expertus id es ipse. Recogita annos priores, & intelliges; miraberis, quòd te Deus ita sit persecutus; dolebis, gratias ages, propones, petes gratiam.

1. *Vidimus stellam.* Quàm infelix staturus cœcæ gentilitatis ante natum Christum! sed hodie vidit lucem magnam. Cogita quis olim status animæ tuæ ante ortam stellam vocationis? quis hodie? Dete stare priorem, gratias age pro præsentis.

2. *Vidimus stellam.* Vocat eos per stellam, quia dediti erant stellarum speculationi. Ita Deus in vocandi modo accommodat se hominum inclinationi: & simul erudit internè, quid stella significet, & movet illorum voluntatem. Agnosce 1. gratiæ necessitatē, sine qua ad Deum non venies. Hanc ora 2. Disce experiri eorum inclinationes, quibuscum agis, & per eas illos lucrari. 3. Disce ex creatis ascendere ad increata, ut illi ex stella stellarum Dominum agnoverunt.

DIE